

PRELIMINARY EXAMINATION FOR PART IA OF THE  
CLASSICAL TRIPOS

---

Wednesday 21 April 2004      9 to 12

---

Paper 2

LATIN QUESTIONS

*Candidates must answer all questions in Sections A and all of Section B.*

**All questions carry equal weight: Section A carries 150 marks: Section B carries 50 marks.**

*Answers from each Section must be written in a separate booklet.*

*Write your number (not your name) on the cover of each Section booklet.*

You may not start to read the questions  
printed on the subsequent pages of this  
question paper until instructed that you  
may do so by the Invigilator

## SECTION A

*Answer all questions*

**A1 Translate:**

*Cicero compares himself to Caesar and Pompey.*

horum ego summorum imperatorum non modo res gestas non antepono meis sed ne fortunam quidem ipsam: qua illi florentissima. nos duriore conflictati uidemur. quis enim potest aut deserta per se patria aut oppressa beatus esse? et si, ut nos a te admonemur, recte in illis libris diximus nihil esse bonum nisi quod honestum, nihil malum nisi quod turpe sit, certe uterque istorum est miserrimus, quorum utrius semper patriae salus et dignitas posterior sua dominatione et domesticis commodis fuit. praeclera igitur conscientia sustentor, cum cogito me de re publica aut meruisse optime cum potuerim aut certe numquam nisi pie cogitasse, eaque ipsa tempestate euersam esse rem publican quam ego xiiii annis ante prospexerim.

CICERO *Letters to Atticus* x 4, 4–5

*conflicto, -are, -auī, -atum* harass, distress, torment  
*nereo, -ere, -ui, -itum* deserve, behave towards  
*enerto, -tere, -ti, -sum* overthrow  
*prospicio, -icere, -exi, -ectum* perceive beforehand, anticipate

**A2 Translate:**

*Alcibiades' dodgy political advice to his uncle.*

Alcibiades ille, cuius nescio utrum bona an uitia patriae perniciosiora fuerint - illis enim ciues suos decepit, his adfixit -, cum adhuc puer ad Periclen auunculum suum uenisset eumque secreto tristem sedentem uidisset, interrogauit quid ita tantam in uultu confusionem gereret. at illo dicente mandatu se ciuitatis propylaea Mineruae, quae sunt ianuae arcis, aedificasse consumptaque in id opus ingenti pecunia non inuenire quo pacto ministerii rationem redderet atque ideo conflictari, 'ergo' inquit 'quaere potius quemadmodum rationem non reddas'. itaque uir amplissimus et prudentissimus suo consilio defectus puerili usus est atque id egit. ut Athenienses finitimo implicati bello rationibus exigendis non uarent.

VALERIUS MAXIMUS *Memorable doings and sayings* III 1 ext. 1

*Periclen* acc., Pericles  
*arcis*, f., citadel (here the Acropolis of Athens)

**A3 Translate:**

*Dido entreats Aeneas not to leave her.*

nec quia te nostra sperem prece posse moueri,  
 adloquor-aduerso mouimus ista deo:  
 sed merita et famam corpusque animumque pudicum  
 cum male perdiderim. perdere uerba leue est.  
 certus es ire tamen miseramque relinquere Dido,  
 atque idem uenti uela fidemque ferent?  
 certus es, Aenea, cum foedere soluere naues,  
 quaeque ubi sint nescis, Itala regna sequi?  
 nec noua Carthago, nec te crescentia tangunt  
 moenia nec sceptro tradita summa tuo?  
 facta fugis, facienda petis; quaerenda per orbem  
 altera, quaesita est altera terra tibi.  
 ut terram inuenias, quis eam tibi tradet habendam?  
 quis sua non notis arua tenenda dabit?  
 scilicet alter amor tibi restat et altera Dido;  
 quamque iterum fallas altera danda fides.  
 quando erit, ut condas instar Carthaginis urbem  
 et uideas populos altus ab arce tuos?  
 omnia ut eueniant, nec te tua uota morentur,  
 unde tibi, quae te sic amet, uxor erit?

ovid *Heroides* VII 3–23

*uelum*, -i, n., a sail

*foedus*, -eris, n., promise, bond

*Dido*, -onis, f. Dido (*Dido* at line 5 is acc.)

*fallo*, -ere, *fefelli*, -sum, prove false to

*instar Carthaginis* like Carthage

**[TURN OVER]**

## SECTION B

Approximately a **third** of the marks are awarded for question I.5. The remaining marks are divided equally across the other 4 questions. Answers to questions within I.1–I.4 should be in the form of one-word answers or, if an explanation is called for, a sentence or two.

quaeres a nobis, Gratti, cur tanto opere hoc homine delectemur, quia suppeditat nobis ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur et aures convicio defessae conquiescant. an tu existimas aut suppetere nobis posse quod cotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus, aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus? ego uero fateor me his studiis esse deditum. ceteros pudeat, si qui ita se litteris abdiderunt ut nihil possint ex eis neque ad communem adferre fructum neque in aspectum lucemque proferre: me autem quid pudeat qui tot annos ita uiuo, iudices, ut a nullius umquam me tempore aut commodo aut otium meum abstraxerit aut uoluptas auocarit aut denique somnus retardarit? quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure suscenseat, si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias uoluptates et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum, quantum alii tribuunt tempestiuis conuiuiis, quantum denique alueolo, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumpsero? atque id eo mihi concedendum est magis quod ex his studiis haec quoque crescit oratio et facultas quae, quantacumque est in me, numquam amicorum periculis defuit. quae si cui leuior uidetur, illa quidem certe quae summa sunt ex quo fonte hauriam sentio.

CICERO *Pro Archia Poeta* 12–13

**I.1** Explain why the following verbs are subjunctive:

- (a) *delectemur* (line 1)
  - (b) *conquiescant* (line 3)
  - (c) *excolamus* (line 4)
  - (d) *pudeat* (line 6)
- [8 marks]

**I.2** Give the case of:

- (a) *strepitu* (line 2)
  - (b) *quod* (line 3)
  - (c) *doctrina* (line 4)
  - (d) *studiis* (line 6)
  - (e) *dies* (line 12)
  - (f) *alueolo* (line 14)
- [6 marks]

**I.3** (a) The sentence *ego...deditum* (lines 5–6) is made up of two clauses. What are they?

[2 marks]

(b) In the long conditional sentence running from *quare...sumpsero* (lines 10–15), the verbs in the apodosis are *reprehendat* and *suscenseat*. What is the verb in the protasis?

[2 marks]

(c) Copy out the sentence *atque id...defuit* (lines 15–17) marking out and briefly describing its individual clauses.

[4 marks]

**I.4** Give an appropriate translation in context for:

- (a) *ubi* (line 2)
  - (b) *deditum* (line 6)
  - (c) *obeundas* (line 11)
  - (d) *quantum* (line 13)
  - (e) *quantacumque* (line 16)
- [10 marks]

**I.5** This is the opening of the *confirmatio* section of the speech. What verbal strategies does Cicero use to make it rhetorically successful?

[18 marks]